

flebar, et ego illam coram angelis, qui summo illius desiderio tenentur; et coram Patre meo, qui veri Salomonis matrem in throno amplissimo collocabit. Bonum certamen certavi, cursum vitae consummavi, fidem servavi, in via Domini sui semper ambulavi immaculata; nunc iusto iudicio curandam est, ut matri meae corona iustitiae debita, quae inde ab initio illi preparata est, tandem aliquando reperiatur. De torrente meum in via bibisti, nunc in patria mecum caput exaltabis: acutissimi doloris gladius tuam animam meo nomine, et saepe quidem pertransiit. Non te piguit mihi patienti ex animo compati, et morientem quodammodo commori; praesertim, quando sub cruce mihi constantissime, ac fidelissime assistebas. Tempus est, ut mutatis vicibus, luctus in gaudium, tristitia in exultationem, mors in vitam, gloriantique convertatur; ac tu summi decoris in meo regno particeps effecta, sempiternis illis perfuare delectis. Super omnes filias Hierusalem hanc sponsum elegi, amavi, concupivi: hanc unicam mihi Matrem lactissimam feci, in qua si ante hac unquam, nunc maxime honoranda versabor. His, vel similibus ab ore filii prolatis, exultabunda pia Mater animam Creatori suo reddidit, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Beata Virginem nullo morbo laborasse, dolorem in morte nullum sensit, nec daemonis horribilem vultum intuitam, sed ex ardenti divini amoris febre obhisse: cuius obitus triplex circumstantia, realis praesentiae Christi, loci, et temporis, hoc est domicilii, in quo degabat, anni, mensis, diei, et horae, in qua et vita discessit, et ex doctrina antiquorum Patrum aperitur.

Antequam propositum argumentum aggrediar, omnino praemittenda duxi verba d. Augustini (serm. de Assump.), in hunc modum sapienter loquens: De sanctissimo corpore perpetuae Virginis, cuius sacrae animae assumptionem loqui suscipientes, hoc primum dicimus, quod in Scripturis, postquam cum Dominus in cruce discipulo commendavit, nihil de ea reperitur, praeter quam quod Lucas commemorat in Actibus Apostolorum, dicens: Hi omnes erant unanimiter, perseverantes in oratione cum Maria matre Iesu. Quid ergo de morte, quid de eius assumptione dicendum est, ubi Scriptura nihil commendat, nisi inquirendum ratione, quod consentit veritati? fiet ergo ipsa veritas, auctoritas, sine qua nihil valet auctoritas. Licet tamen sacrae Scripturae testimonia in hoc genere argumenti desint, auctoritas certe gravissimum doctorum non desideratur, ut ex dicendis constabit. Ad rem ergo nostram accedens, nobilis auctor Procopius commemorat

celebre illud Iani templum ex aere confectum, instar sacelli cuiusdam quadri fuisse constitutum; sed non maiore magnitudine praeditum, quam ea, quae sufficiens erat ad capiedum in se ingens Iani bifrons simulacrum. Huius templi memor fuit Plinius (lib. 35. histor. natu.), tradens erectum fuisse a Numa, qui pacis, et belli quibusdam ritibus, et caeremoniis illud honorifice colebat: A Numa dicitur, pacis, bellique argumentum colitur. Ritus autem, et caeremoniae belli, et pacis haec solum erant, quod cum bellum indicebatur hostibus, continuo illius templi fores aperiebantur; tempore autem pacis protinus claudiebantur. Unde tempore Romanorum, quando pax summa viguit, ter clausae fuerunt, primo a Numa, secundo a Tito Manlio consule, tertio ab Augusto Caesare, quando Christus Dominus natus fuit in Betlehem Iudaeae. Non dissimiliter Dominus Marianum templum omnium celeberrimum sibi aedificavit, Salomone dicente (Prov. 9): Sapientia aedificavit sibi domum: domum certe aeneam, propter proximam eius fortitudinem, tum ad vincenda cuncta vitiorum monstra, tum ad infringendas omnes Iarlarum potestates. Hoc autem sacrum templum tantae magnitudinis fuit, quantae opus erat, ut bifrons divini Iani simulacrum in eo collocaretur, hoc est Christus Dominus, qui propter divinum, et humanam naturam, duplici facie, instar Iani, praeditus erat. Ut enim substantialis Patri, imago illius est, et filius Virginis, matris imaginem refert. Venit autem Filius Dei hoc templum inhabitare, Iaquam Princeps pacis, prout illum vocat Isaias (c. 9), ut nos Deo reconciliaret: Pacificus per sanguinem crucis eius, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt. Igitur cum fluvius pacis inundaverit terram nostram, ut promulgavit angelus (Luc. 2): Et in terra pax hominibus bonae voluntatis, etc. reliquum erat, ut in argumentum huius pacis sacri Mariae templi fores, instar templi Iani, clauderentur. Clausit certe beata Virgo ultimum diem, vel ut melius dicam, Matri exhalanti non Numa, nec Titus Manlius consul, non Augustus Caesar, sed augustissimus omnium creaturarum Monarcha Christus Dominus oculatorum fores propter digitis clausit; spiritum enim reddidit super Christi pectus recubans, ut sancti Thomae Cantuariensi a beata Virgine revelatum fuisse tradit Laurentius Maselli (lib. 6. de b. Virg. c. 19). Atque hinc ortum arbitratur, quod licet aliquoq morbo ingentem dolorem inferat, ut tradit Aristoteles (secundo de anima), et Solinus (lib. rerum naturalium) et sola eius memoria solet acerbissimum dolorem ingerere, iuxta illud Ecclesiastici (c. 41): O mors quam amara est memoria tua; mors tamen Virgini nullum prorsus intulit dolorem, sed indicibile gaudium, ut ex Alberto Magno (super missus), et ex divo Damasceno tradit auctor Pomerii (lib. 10. par. 1. ar. 2). Et quidem, si simile privilegium narrat divus Hieronymus concessum Iohanni Evangelistae (in prologo super eius Evangelium) consequens est Christum Dominum idem matri impendisse, iuxta sententiam divi Bernardi (epist. ad Canon Lugd.). asserentis: Quod a-

illis servis Dei, licet paucissimis fuit concessum, non creditur matri denegatum. Qua autem ratione impeditus fuerit dolor ille naturalis ex violenta illa divisione animae naturaliter a corpore resullans, arbitrari impeditum ex profunditate contemplationis, cui tempore mortis Virgo Deipara vacabat, cuius dulcor facile poterat omnem dolorem absorbere, qui alias ex divisione animae a corpore solet evenire; sicuti in simili contigit Moysi, et Heliae, qui per quadraginta dies ieiunantes, ob extremam divinae contemplationis dulcedinem, nec famem, nec sitim senserunt. Rursus inde etiam factum esse reor, quod licet aliquoq moribundi ingenti dolore afficiantur, cum in puncto mortis cacodaemonem vident; unde divus Cyrillus patriarcha in epistola ad Augustinum de miraculis sancti Hieronymi narrat, quod cum tres mortui fuissemus, quoadiu prolesta vixerunt, sine intermissione flebant; quorum unum, alius praesentibus, divus Cyrillus interrogavit, cur continuo lacrymas funderet? ille respondit: Si quae sum expertus, Cyrille, non ignorares, tibi semper inesset causa fletus. Illo vero eam requirente respondit: Anima mea resoluta est a corpore tam graviter, et acerbe, quod mens non capit humana, nec ego, nisi certa experientia didicissem, credere valuissem, quia omnis angustia, et dolor, quem aestimaret homo, nihil reputatur respectu illius angustiae: et iterum: Tanta, inquit, adveniente mortis hora nefandorum spirituum affuit multitudo, ut omnino dinumerari non possent; quorum species talis erat, quod ea nil horribilius, nil perniciosius cogitari potest. Potius enim quilibet hominum flammis ardentibus arsurum se exponeret, quam formarum eorum aspectu in ictu oculi patri, qui ad me veniendo, omnia quaecumque contra Deum perpetravi, ad memoriam revocabant, suadendo, ut de Dei misericordia non sperarem. Hec cur non advertunt mortales, quibus haec evenit, quod tunc mihi, ut non peccarent. Licet ergo ceteri, cum moriuntur, horrendum daemonis aspectum sustinere cogantur; beata Virgo ex peculiari Christi sibi in morte adstantis favore illum non vidit, ut praeter non paucos moderniores id asserentes tradit his verbis Laurentius Iust. (serm. de Assumpt.), quae partim desumpsit ex d. August. (in serm. suo de eiusd. Virgini. Assumpt.): Resolutionis carnis imminente articulo, sicut ab omni mentis, et corporis corruptione extitit libera; ita et a mortis dolore aliena nequaquam habuit, quod metueret: non affuit, qui se illi opponeret inimicus, nullusque terreni amoris impulsus, qui Virginis egredientem animam retardaret. Quomodo formidare poterat quae genuit Deum, pacem praestitit mundo, et gaudium immensum intulit caelo?

Verum non solum dolor in morte b. Virginem non oppressit, sed nec ulla infirmitas eam invasit, ut testantur d. Damascenus (orat. 2. de dormit. Deip.), Niceph. (lib. 1. cap. 35), auctor Pomerii (lib. 10. par. 1. art. 2), Dionys. Carthusius (lib. 4. de laud. Virg. art. 3), et permulti Neoterici; praesertim tamen card. Caietanus (opuscul. de spasmod. Virgini.), et ante illum noster Galatinus, qui (lib. 7. de Arcan. cap. 10) affirmat

b. Virginem tam recta valetudine semper fuisse praeditam, tamque complexionatam, ut etiam menstruis omnino careret. Cui sane privilegio licet nonnulli refragentur, mihi saltem credibile est, illud praestium sanctae Virginis, cum illud nonnullis aliis viris sanctis praestiterit Dominus. Iohannem enim Evangelistam se tumulo inclusisse absque ullo praevio morbo referunt Ambrosius (sermon. de sancto Martyr.), Gregorius Thronensis (lib. de glor. plur. Martyr. cap. 20), Isidorus (lib. de Patrib. nov. testam.), Simeon Metaphrastes (in vit. eius), Nicephorus (lib. 1. cap. 35. et lib. 2. cap. 42), in eoque tumulo sanum, et absque ullo morbo oddemisse. Ante illum etiam hoc ipsam concessum fuisse Aaroni, nonnulli doctores cum Laurentio Maselli ubi supra ex verbis illius (Num 20) deprehendunt: Colligatur, et morietur. Sed id de Moyse luculenter tradunt sacra eloquia: nam (Deuter. 32) Dominum ei dixisse legitur: Ascende in montem, et morere ibi: et (Deut. 34) haec verba habentur: Non caligavit oculus eius, nec dentes illius moti sunt: et illa alia: Mortuus est ibi Moyses servus Domini in terra Moab iubente Domino, vel ut legit originale hebraicum: Mortuus est Moyses in os Domini, vel ut alia lectio vertit: In osculo Domini. Non dissimiliter mortua fuit Maria in os Domini, dicens: Osculetur me osculo oris sui. Sicut ergo viri omnes isti absque praevio morbo et vita discesserunt, ita et beata Virgo: in cuius rei typo lego (Deuter. 27), praecipisse olim Deum Moysi, ut aedificaret altare Domino de lapidibus, quos ictus ferri non teligisset; et in eiusdem figura sacra ferri historia (lib. 3. cap. 6) malleum, securam, nec aliud ferramenti genus in domo Domini auditum fuisse legitur. Constituto igitur beatissimam Virginem nullo fuisse gravatam morbo, et ex alio capite morbo violenta non occubuisse, ut Patres omnes contestantur (homil. 1) a me citati; reliquum est, ut instar supernaturalis eiusdem phoenicis, divini amoris flammis exastam vitam exhalaverit, atque adeo nullo alio morbo obierit, quam ardenti amoris febre; quod ne proprio Marte dicere videar, auctoritate, et ratione id comprobare adhoar. In primis id docent beata Birgitta (lib. recel. cap. 62), Albertus Magnus (sup. Miss.), Laurentius Maselli (lib. 6. de beat. Virg. cap. 19). Sed ante illos antiquissimus Abbas Guericus (serm. 2. de Assumpt.) inquit: Beata Virgo languit timore tota vita, dolore in passione, amore in morte. Auctor Pomerii (lib. 10. part. 1. art. 2) in hunc modum loquitur: Mons beatae Virginis in ipsa hora mortis fuit suspensus in contemplatione suavissima, et amore Christi dulcissimo; et paulatim interim eius complexio defecit, usquequidem tandem sine dolore percepto, non interrupta contemplatione, sanctissima eius anima corpus desererat. Ac tandem Dionysius Carthusianus (lib. 4. de laudib. Virgini. artic. 3) ait: Dilecti filii cum incomparabili aspiravii ardore, distinarum quoque rerum contemplationi erat profundissima tunc intenta. Ergo prae spiritualis suavitatis affluentissima experientia, ac ferventissima dilectione separabatur sine poena a corpore. Ut autem luculenter agnoscas extremam vim amoris beatae Virgini mortem at-

tulisse, praesupponere oportet id, quod nullus inficiatur, ab eo tempore, quo Christus ascendit in caelum, coepisse beatam Virginem ardentissimis desideriis videndi Christum Dominum exhaerere, ut non obscure indicant verba illa (Cant. 1): *Trahé me post te*: quae egregius auctor Gubelinus (in cap. 1. Cant. de beat. Virg.) exponit, in hunc modum loquens: *Trahé me post te, o mi dulcis Iesu, o gloria tuae Matris Iesu: redis nunc ad Patrem, trahé me post te, matrem; ut videat pia mater charitatem, quam habes ex Patre, ut mutuum vicem reddas matri, quae pro tempore suis uberibus pavit te; nunc deliciis divinitatis tuae pascatur a te. Lacte meo potavi te, et quibus potui cibis, alui in diebus humilitatis tuae; nunc, quod potus, inebria me ab uberate domus tuae, et torrente voluptatis tuae pota me. Nec ait: trahé me tecum, sed trahé me post te, quod charitatem suam erga genus humanum clarissime manifestat. Non petit cum filio caelum ascendere, quia licet multo taedio in terris afflicendam se cret absentem filio; sua tamen Ecclesiae commodis postponat, et notebat adhuc rudis esse sermonibus suis de mysterio Incarnationis plenius informandas, et exemplis ad spirituale profectum excitandas. Eandem expositionem secutus Alanus (in com. eiusd. loc.) inquit: Nota, quod sicut Virgo gloriosa desideravit Christi aduentum in carnem, ita omnibus votis optavit venire ad ipsum post ascensionem; et sicut cum filio fuerat peregrinata in terris, ita cum eodem regnaret in caelis. Haec admodum Mariana desideria contemplans Rupertus Abbas (sup. cap. 5. Cantic.) exponens verba illa: *Adiuro vos filiae Hierusalem, si invenieritis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore languo*, haec singulari ingenii suo acumen digna profert: *O filiae Hierusalem, quae verae estis filiae Abraham, semen Iudae, filiae quoque David secundum fidem credendo in eum, qui cum esset Filius Dei secundum divinitatem, et reae supernae Hierusalem, factus est filius meus, sive filius hominis ex semine David, secundum carnem. Adiuvo vos, videlicet per hoc ipsum, unde estis filiae Hierusalem, si invenieritis dilectum meum: si ante me, ut scire filii, discipulae ante magistrum, excentes de corpore, veneritis ante dilecti mei conspectum, ut annuncietis ei, quia amore languo: quia prae amore eius, prae magno videnda facie eius desiderio, nimium vitae huius taedium patior; et animo gemitioso, lacrymosisque oculis, suspiriosas praesentis exilii moras sustineo. Quid erat, vel quid efficebat haec talis admiratio? nunquid ille dilectus nesciret amorem languentis, sive languorem amantis, nisi annuncietur ei? Domine, inquit Petrus, tu omnia scis, quia amo te; quanto magis, o tu dilecta, tam prudens, tanquam fidelis, per temetipsam absque intermitione dicere poteris dilecti, et frequenter dixisti sine dubio: Dilecte mi, nullum tibi est absconditum cor, nullius occultus amor: Tu scis, quia amore languo? Quorsum ergo tendit haec admiratio? nonne, ut percussa percussat, ut vulnerata vulneret? ut audientes filiae tantum in matre, vitae futurae, quae non videtur, desiderium in mente persentiant, ut ipsae talem esse dilectum, ut iure propter ipsum fastidiant hoc praesens saeculum;**

tum; tanquam inter moras praesentis vitae magis cupiant eum agnoscere; haecenus Rupertus. Et quidem, si tam ingens desiderium videndi filium suum Ioseph occupavit animum Iacob, ut audito nuncio dicente sibi (Genes. 45): *Ioseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in omni terra Aegypti*, non potuit se continere, quin ad illum videndum continuo pergeret in longinquam regionem: *Vadam, et video illum antequam moriar*. Et si Anna, absente filio eius Tobia, adeo cupiebat eius aspectum, ut sacer Textus dicat (To. 10): *Excitens circumspiciebat, et circumhat vias omnes, per quas spes remandi videbat*; fieri non poterat, quin b. Virgo, quae adentibus his omnibus filium suum amabat, vehementius eius intuitum desideraret. Quod si David, tametsi multis sceleribus irretitus, conversus tamen ad Deum tanto illius amore ardebat, ut clamaret (Psal. 119): *Hic mihi, quia incolatus meus prolongatus est: et illud (ibid. 41): Quomodo enim desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum fontem vivum. Quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?* Et si d. Paulus post iniurias Christo irrogatas, et gravissima documenta Ecclesiae eius illata, scintilla divini amoris tactus, dicebat: *Cupio dissolvi, et esse cum Christo*. Certe b. Virgo, cuius amoris pondus adeo omnia amorum pondera excessit, ut d. Anselmus (lib. de excels. Virg. cap. 4.) diceret: *Superat omnium rerum creatorum amores, et dulcedinem magnitudinis optavit istius virginis in filium suum; non poterat non magno divino amoris impetu per ardentissimum desiderium in Christum ferri: maxime cum ille pariter esset filius, centrum, et ultimus eius finis; et summum bonum omnes naturaliter appetunt, divo Bernardo dicente (lib. de vita Cleric. cap. 7): Naturali desiderio omnes summum appetunt bonum, nec est in nobis quies, nisi eo adepti. Cui consonat Boetius (lib. 4. de consol. prosa 2), dum ait: Omnis mortaliu[m] cura, quam multiplicium studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tandem beatitudinis finem nititur pervenire. Quanto quaeso avidius nisam fuisse beatam Virginem ad illud pertingere, tas erit suspicari? quam totam incanduerat divinus amor, adeo ut non immerito ei apertum possint verba illa Iobi: *Terra, de qua oribat panis in loco suo, igne subversa est*. Scio d. Thomam ibi per terram hanc intelligi velle Pentapolim, in qua Melchisedech mysticum panem obtulit, quae coelitus pluente; nec me laetabatulum contendere, per hanc terram significari montem Aethnam ardentissimas flammam emittentem. Alios etiam audio per ignem, et panem significari calorem solis, quo terra fecundata, granum general, ex quo panis conficitur. Vincendum vero Gilbertus (in exposit. Psal. Magnus Dominus, t. 2. lect. 27) illa accommodat Desiprae Virgini, quae foecunda illa terra est, quae Christum Dominum produxit, de se dicentem, et esse ignem (Zach. 2): *Ego ero et ignis et ignis; et esse panem (Ioa. 6): Est panis, qui de coelo descendit*. Vel possumus cum Caietano explicare, quod Iob sub nomine ignis intelligit pretiosos lapides instar ignis accensos, ut loquitur Ezechiel (e. 28); *In medio lapidum ignitorum am-**

bulasti; hoc est, in medio zaphiri et carbunchi, qui sunt lapides igniti, et aliorum similium quorum meminit Plinius (lib. 37. c. 7). His lapidibus, tanquam saepe mactera circumdata erat Mariana illa terra, panem coelestem producens; per quos non obscure significatur duo illi amores, naturalis, et supernaturalis, quibus illa ardentissime flagrabat. Carbunchus enim, qui ex innata, et congenita sua virtute in mediis tenebris micat luce, et splendet, naturalem amorem Mariae, tanquam matri a natura in-siluto, erga filium egregie adumbrat. Zaphyru[m] vero, et aliae similes gemmae, quae non aliter luceat, quam ex participatione radiorum solis, amorem supernaturalem eiusdem, quem non nisi a Sole iustitiae Christo mutuabat, apprimere repraesentat. Hic autem amor, non quicumque erat, sed seraphicus, de quo loquens divus Dionysius (lib. Angel. Hier. cap. 7) illius proprietates assignat, quae in Mariano amore mirifice eniterunt: animum esse semper mobile, inextinguibile, calidum, acutum, superfervidum: quas Hugo, et Lynconiensis (in comm. sup. Dion.) in hunc modum interpretantur: ut semper mobilis significat amorem, nunquam passam aliqua interruplum: quia sicut ignis per stam flammam semper sussum movetur, sic amor seraphicus semper atque fertur in Deum. Inextinguibilis significat, quod nulla unquam duratione terminabitur, et fluiter, sed procedit in aeternum, et ultra. Sicut enim ignis, quantum est ex se, non habet praefixum terminum in comburendo, sed semper crescit in maius, dum non deficit materia, in qua accendi valeat; sic seraphicus amor caret termino durationis in amando Deum, quia cum sit infinitae bonitatis, et immensum perfectionum pelagus, semper invenit in eo, quod ipsum accendat, allicit, et deleat. Esse vero calidum, ut interpretantur praedicti doctores, significat quod illa satisfacta ex desiderio amplius videndi eum, in quem angeli prospicere desiderant, semper accenditur; in nobis quidem desiderium anxietatem habet, et satiata fastidium. Ne ergo sit in desiderio anxietas, desiderantes beati satiantur; et ne sit in satiata fastidium, satiati desiderant; unde sitientes satiantur, et satiati sitiantur. Cuius rei Angelicus doctor dignam mirabili eius ingenio rationem assignat (l. 3. cont. Gent.), quia divina essentia semper cum admiratione videtur, cum nullus intellectus eam comprehendat, sed omnia creatura ipsa transcendat. Cum igitur intellectus beati semper habeat in divina essentia, quod admiretur, et allicit, nunquam fastidit eam videre, et amare; semper et continue delectat videre quod amat, et amare quod videt. Unde satiata ex desiderio, et desiderium ex satiata semper accenditur, iuxta illud (Ecclesiast. 24): *Qui edunt me, adhuc esuriunt*. Acutum autem significat conditionem quandam divini amoris, qui omnia transcendens, omnia caduca despiciat. Superfervidum autem, cum homo seipsum etiam contemendo relinquit; unde miro quodam modo fit, ut dum per dilectionis ignem in illum sustollitur, qui est supra se, per vim amoris feratur in illum solum, qui sursum est, appetendum, cogitandum, ruminandum; nec se, nec aliquid aliud cogitat, nec

desiderat, dum illum solum amat. Hoc igitur seraphico amore super omnes creaturas exarsit beata Virgo. Sed quid non arderet, quae Verbum divinum incarnatum generavit? Sicut enim Pater aeternus generans coaeternum sibi filium, continuo in voluntate utriusque adiuat amor infinitus, scilicet Spiritus sanctus, quo recipere se amant; ita cum beata Virgo temporaliter concepit, quem Pater ab aeterno generat, continuo, ut quoad fieri posset, temporalis generatio aeternae similis esset, in voluntate Virginis resolvit fervens adeo amor, ut in comparatione illius coelestium mentium amor etiam seraphinorum, frigus et glacies merito censendus sit. Unde ad id significantum, ubi nostra vulgata ait, *Ne suscitatis, neque exiguilare faciat dilectam*, quaedam translatio habet: *Ne suscitatis charitatem*; alia vero: *Ne suscitatis dilectionem*. Quibus non obscure indicavit Spiritus sanctus, tanto amore esse ignitam b. Virginem, ut iam non tam chara, et dilecta, quam ipsa charitas, et dilectio esse videretur. Atque hinc colligere licet causam, ob quam, ut supra ex variis doctoribus observavimus, omnes infirmitates, et omnes tartareae potestates longe a Maria in eius morte absterunt, ardentem eius amorem fuisse. Finxit ingeniose Claudius Minoe, id referente Augeriano, Deos omnes variis amorum generibus ad profligandos hostes se munivisse. Mars assumpsit enses, Neptunus tridentem, Vulcanus martellos, Hercules clavam, Mercurius chadacacum, Iupiter fulminum. Verum cum iam omnes fuisset ad irruendum in hostes accincti, repente comparuit amor lucidissimis armis praemunitus, quo viso continuo arma e manibus Deorum ceciderunt. Descripsit hoc eleganter Augerianus in haec Carmina:

At cum visus amor fuit infulgens armis,
Necnon accensa lampade pulchra Venus,
Privator Thyrsos Bromius, Mars Ense, Tridente
Neptunus, Fulmine dextra Iovis.

Non dissimiliter, licet Deus armaverit se ad ultionem inimicorum, et in poenam peccati variis infirmitatibus in vita eos opprimat, et in mortem doloribus conculcat, et daemorum horribili visione morientium animas infestet; ardens tamen amor Virginis, qui in morte supernae fortunae augmentum susceperat, ita praevaleat, ut universa illa Dei arma confringeret, omnes dolorem a se propulsaret, ac daemones ipsos deterreret, longeque a se fugaret.

Porro ex his, quae de seraphico amore Virginis hucusque disserui, triplicem elicio rationem ad comprobandum non alio morbo, quam ardenti divini amoris febre beatam Virginem mortem obiisse. Ad primam tamen earum suppono, secundum philosophos naturales, posse adeo excessivum esse sensitivum amorem amantis erga rem amatam, ut eius venientia absurdum humidum radicale: amor enim sensitivus sedem habet in appetitu sensitivo, qui in corde residet, ut docet Angelicus doctor (in 1. sec. qu. 48); ex vehementia autem amoris accenditur cor, ut experientia ipsa satis com-

probat. Cum enim quis nimio affectu fertur in rem amatam, bullientem in corde calore persentit. Hic igitur calor adeo potest auge-ri, ut potenti sua virtute omnes spiritus viliae penitus exstingatur, et consumatur. Hoc igitur supposito, cum in charis Dei amicis rationalium appetitum rapiat secum appetitum sensitivum, ut aequali fervore, quo ille, feratur in rem amatam, sicut expertus est David, cum dicebat (Psal. 89): *Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum*; hinc certe est, quod cum in fine vitae vis amoris supernaturalis in excellentissimo gradu crevisset in Deipara Virgine, ille vehementi impetu appetitum eius sensitivum rapiet, ut in Deum proportionali amore ferretur, et cum vehementia huius amoris sensitivi calorem cordis mirum in modum auget, omnes quidem spiritus vitales, quibus Mariae corpus subsistebat, extinguit; et ex consequenti opus fuit, continuo animam exhalare. Occubuit ergo Deipara, non gladio confossa, non morbo aliquo oppressa, sed ardenti solum amore fabricicans, ut non obscure indicant verba Salomonis in persona Virginis mortui proximae dicentis (Cant.): *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo*. Liquefacta enim Virgo prae magnitudine divini amoris, vitam eius absumens, hoc solum solati genus, antequam ultimam diem clauderet, sibi exhiberi postulabat, ut sacris virginibus, Apostolis, et Christo Domino lectulis, in quo iacebat, stiparetur. Per flores feminas illas, quarum meminit Metaphrasus, Deiparae familiares, a quibus, quia in eis virginutatis flos non emarcuerat, circumdari desiderabat: *Fulcite me floribus*. Per malis vero, quos continuo subiuixit: *Stipate me malis*, sacros Apostolos, et Christum Dominum intelligens, qui praecipuus erant eorum, iuxta illud (Cant.): *Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios*. His certe malis postulabat Virgo languens stipari, et circumiri: *Stipate me malis*. Consulto autem arbitror malorum meminisse, quia petitio illa ex amoris languore procedebat; mala autem in deliciis amantibus annumerari, testis est Maro (2. Georgic.), qui aurea decem mala miserat, cras altera misersus. Testis Athalanta ab Hypocome tribus citris superata. Verum, quid opus contrahere latam vocis significationem? sequendus potius consensus Hebraeorum, Latiorum, et Graecorum: malus enim, sive pomum, symbolum fuit amoris, non tantum Phylostrato, Nicandro, Theocrito, Catullo, Propertio, Virgilio, et aliis Poetis, quibus amores nati sub malo, sub eadem arbore lusant, et amantes malis se petunt, ac donant; sed etiam somniorum Interpretibus, quibus in somno visa poma frui-tionem pollicentur; ut ingeniose deliranti Artemodoro, et status, ac numismatibus, in quibus Dionis filia, ut fructum amoris sacrum, malum manu tenens proponitur.

Secundam rationem iam subicio in idem argumentum, quia ex ardentissimo Mariae amore erga filium suum oriebatur summum desiderium illum videnti, ad dexteram Patris in supremo coeli vertice consistentem: si enim solum desiderium invenienda filium cum per tri-

duum illum perdidit, ita sauciavit animam illius, ut diceret (Cant. 3): *Surgam, et circuebo civitatem: per vicos, et plateas quaram quem diligit anima mea: super quae verba d. Bernardus inquit: Aurora rutilans conquesta est, se diem perdidisse lucentem: stella matutina admirata est triduanam solis absentiam. Si ergo desideravit filii sui praesentiam adhuc existentis in terris, sic quod quiescere non poterat, quantum desideravit praesentiam eius negantem in coelis? Absentia filii non per triduum, sed per multos annos non poterat non in matris animo ardentius desiderium aspectus illius gignere. Quis autem ignoret, in quo vehementius est desiderium, tanto complementi illius dilatationem acerbius amantem animam cruciari, communi Proverbio dicente: *Spes dilata affligit animam? Immo et quandoque ex vehementia rei amatae enecat, quia fortis est, ut mors, delictio: dura, sicut infernus, aemulatio (Cant. 8).**

Tertiam tandem rationem adiungere possumus, ob quam non immerito Virginem ex amoris vehementia interitus credimus, quam desumo ex assiduus contemplationibus carum eius debilitantibus, ab eius enim officis extrahere animam, in extremisque saepissime rapiabant; imbecillisque reddebatur caro, loties ab anima, quasi derelicta: et hoc quærela illa Marthae adversus Mariam significabat. Querebatur quippe Martha, quod soror eius Maria ob frequentes eius contemplationes, solam eam dimittebat; sic carum Virginis de sorore eius, nempe animam, querebatur, eo quod in divinarum contemplatione raptam, eam solam relinquebat: quare debilis, impolensque reddebatur. Unde divus Hieronymus, vel quicumque alius (in serm. de Assumpt.) ait, de beata Virgini dici: *Ascendisse, sicut virgulam fumi, quia gracilis, et delicata, quia divinis extenuata disciplinis*. Et sicut regina Hester, cum ad regale solium Assueri regis praerit, super humerum ancillae iniebat, quasi prae nimia teneritudine corpus sustentare non valens: et cum ad thronum regis accederet, examinata corruit, atque defecit; ita regalis anima b. Virginis divinis initiata mysteriis, munisque Altissimi dedicata, nec iam carnem sustinere valens prae nimia amoris teneritudine, velut alter Jacob, non solum post luctum cum angelo uno claudicat pede, sed omnino defecit. Deiparae igitur animam, velut nitidissima quaedam columba ex nobili corporis sui arca egredientem testatur d. Gregorius Turonensis (lib. 1. de glor. martyr. cap. 4) Christum Dominum manibus suis, in quas b. Virgo illum commendaverat, suscepisse, et Michaeli Angelo tradisse: *Ecce, inquit, Dominus Iesus advenit cum angelis suis, et accipiens animam eius, tradidit Michaeli angelo, et recessit*. Eruditus etiam Canisius (lib. 5. de Deip. cap. 3) ait: *Vidit ergo Maria cum in lecto decumberet, Christum Dominum illis oculis, quibus et Stephanus paulo ante mortem eundem aspexerat. Vidit, inquam, angelorum tanquam satellitio circumquaque stipatum, et ad se ita comiter venientem, ut hinc tota gaudia, et voluptate perfunderetur, quod in amicis illius manibus suam esset animam depositura. At non solum archangelus Michael, sed*

et innumerabiles coeli exercitus immaculatam illam animam comitabantur. Si enim Lazaro mendico tantum felicitatis obtigit, ut morientis anima varios angelos deportatores obtineret; quid minus, obsecro, immo quid non longe maius Matri Domini tributum esse dicemus? Certe a spiritibus angelicis deducta fuit, non in sinum Abraham, sed ad coeleste hospitium, ad locum tribunalis supremi, ad thronum excelsum Dei, et ad sinum Patris, in quo ipse Filius unigenitus manet. Sed ne quicumque per exaggerationem proferre videamur, veterum Patrum sententias audiamus. Beatus Andreas Cretensis palam affirmat (in orat. de assumpt.) ad Mariae mortem, velut ad insigne spectaculum, innumerabilem angelorum coetum confluisse; et sanctorum animas in ipso Virginis exitu, veluti pulcherrimos ducentes choros. His enim illas esse adolescentulas, de quibus liber Canticoorum dixerat, eiusdem Andraeo vox est: *Oportet cum regina naturae una adesse divinas eorum, qui vicebant, animas in exitu praecedentes; et tam adhaerere, et ea canere cantica, quae cani solent exultantibus*. Non dissimilia profert Sophronius (serm. de assumpt.), dum ait: *Si ad recreandum spem, et roborandum fidem interdum distantium, Saluator noster Iesus Christus ob merita suorum amplius comprobanda, talia, et tanta dignatus est exhibere per suos coeli ministros circa defunctos; quanto magis credendum est hodierna die militiam coelorum cum suis agminibus festive obviam venisse Genitrici Dei, cumque ingenti lumine circumfalsis; et usque ad thronum, olim sibi etiam ante mundi constitutionem paratum, cum laudibus, et canticis spiritualibus perduxisse*. Ac tandem beatus Amadeus (homil. 7. de Virg. matre) refert Mariam de carnis habitaculoeductam, cum aetatis esset proevactae, ad Christum filium gloriose migrasse, ac cives coeli venerandos in sui obsequium, et deductionem paratos invenisse, mirantibus omnibus factum felices animae nitorem, quae nullam omnino labem contraxisset; Christum ipsam dixisse: *Tota pulchra es Mater mea, et macula non est in te*. An autem in transitu a via ad patriam sacra illa Deiparae anima actum amoris interruperet; ego quidem putaverim, vel eundem, quem usque ad mortem in terra vivens habere exercuit, in termino vitae necessitate quadam ex clara Dei visione orta, continuasse, si vera est sententia eorum, qui pulant non esse diversitatem specificam inter amorem patriae, et vitae: vel certe si diversi sunt specifici, saltem beatam Virginem, opinor, ab actu amoris vitae, absque illa intermissione immediate transisse ad actum amoris patriae. Cum enim proxima instanti mortis, maiore divini amoris incendio flagraret, et in illo instanti, quod dicitur a philosophis, primum non esse hominem, coeepit videre clare Deum, et beatifica charitable illum diligere, consequens fit, nullam amandi feccise interruptionem.

Ad extrenam, cum hucusque de morte Virginis, et causa eius sermonem habuerimus, reliquum est, ut ad circumstantias temporis, et loci orationem convertamus, ne quidpiam ex his, quae in hoc genere argumenti deside-

rati possunt, praetermisisse videamur. Auctor Pomerii (lib. 10. art. 1) de aetate Virginis agens, inquit: *Communis videtur tenari opinio, quod beata Virgo post Christi passionem duodecim annis vixerit, et sic circa sexagenarium, et potius quinquagesimum octavam aetatis in coelum assumpta; quae Apostoli totidem annis praedixerunt in Iudaea, et circa partem illas, sicut Ecclesiastica tradit historia. Divus Augustinus (lib. 6. de mirab. sac. Scrip. cap. 11) tradit, occubuisse aetatis suae anno quadragesimo nono. Petrus Aquilinus (lib. 1. Cathol. cap. 65), ait obtisisse impletis annis quadraginta novem, menses quinque, dies unum, et viginili: Eusebius (in Chron. anno Dom. quadrag.) per triduum, sexaginta trium annorum tempore praeterisse; quam sententiam confirmat sancta Birgitta (lib. sep. cap. 26), affirmans revelationem sibi factam a Virgine quindecim annos post ascensionem Christi superfluum existisse. Unde cum Christus Dominus vixerit triginta, et tres annos; et beata Virgo, cum illum peperit, esset quindecim annorum, ut tradit divus Epiphanius, consequens est, vitam eius per sexaginta tres annos durasse. Nicephorus (lib. 2. cap. 21), necnon divus Antoninus (1. parte histor. tit. 6. cap. 3), sexagesimo anno aetatis suae vitam terminasse affirmat. Evodius vero, ut refert Nicephorus (lib. 2. cap. 3), non plures, quam quinquaginta novem illi assignat. Divus Epiphanius (de vita beatae Virg.), Cedrenus (in comp. hist.), Canisius (lib. 5. cap. 1), Cardin. Baronius (tom. 1. Ann. ad annum Christi quatuoragesimum octavam), aiunt vixisse usque ad septuaginta duos. Divus Anselmus vel, octogesimum secundum annum attingisse. Illud quidem in hac controversia certum omnino est, ut ex evangelio loannis colligitur, dicentis Mariam se festivae iuxta erenceum, et ex divo Luca asserente Mariam una cum relicto Christi discipulis adventum Spiritus sancti expectasse. Illud, inquam, certum est, beatam Virginem quadraginta octavo anno attingisse, quia Christus vixit triginta tres annos; et cum illum peperit, habebat quindecim, ut testatur divus Epiphanius; incertum tamen omnino est, quot annos supra 48. superses fuerit. Quare in tanta, quam rebus gravissimorum doctorum opinionum diversitate, difficile est ferre sententiam. Ut meam tamen qualemcumque proferam, opinionem eorum, qui sexaginta octo aetatis annos Virginis tribuant, suam probabilitatem deferens, utpote quae receptor, et celebrior habeatur inter fideles, qui in Ecclesia in honorem amorem vitae beatae Virginis, ex sexaginta tribus salutationibus angelicis, rosarii, quam vocant coronam texere consecverunt. Illa nihil secus sententia, quae affirmat obtisisse anno 72. ex eo mihi videtur cum veritate magis connecti, quia divus Dionysius Aereopagita (cap. 3. de div. nomin.) affirmat, se cum multis aliis convensisse Hierosolymis tempore felicitis transitus beatae Virginis: Dionysium autem constat ex actibus Apostolicis (c. 16) non venisse ad fidem usque ad decimum octavam annum a nece Christi, qui fuit quinquagesimus secundus a nativitate eius, quia non antea Paulus pervenit Athenas, a quo ipse*

fiut eductus. Ut posset igitur adesse morti Virginis, necesse fuit, ut illa ultra sexagesimam annos vixerit; et rursus cum divus Dionysius per aliquod tempus post suam conversionem moratus fuerit Athenis, ubi tunc habitabat, et perlongum etiam tempus consumperit in longissimum itinere ab Athenis in Hierosolymam; certe omnibus his computatis, verissimiliter fit sententia septuaginta duos annos beatæ Virginis assignans. De mense autem quo obiit, nihil habeo dicendum, nisi quod qui affirmant Christum ascendisse in celum trigesimo tertio anno vitæ suæ incepto a 25, die Decembris, quo implevit 32. annum usque ad Matum, quo ascendit, dicturi sunt decessisse Deiparam mense Augusto, completo iam 23. anno a præcedente Maio, ex quo Christus ascendit. At qui dicunt, Christum crucifixum anno trigesimo quarto incepto, et ascendisse Maio eiusdem anni, dicturi sunt etiam, decessisse Mariam anno 24. completo ab ascensu Christi: completus enim erat Maio præcedente mense Augusti, qui virgo ad coelos evolavit, 24. annus ab ascensu Christi. De die vero Mariani obitus, Maiorem celebrem theologum inter nominales (*sermone de Assumptione*), reperio affirmantem, beatam Virginem assumptam fuisse animam, et corpore gloriosam die Dominica. Unde cum per triduum, sicut eius filius, antequam resurgeret, iacisset in sepulcro, consequens est, die veneris, vestigia Christi Domini non solum in vita, sed et morte sequens, et vita hæc mortali decessisse. Diem autem illam fuisse decimam quintam Augusti, quæ est, decimo octavo Kalendas Septembris, Ecclesiæ consuetudo, quæ tunc illam celebrat, non obscure demonstrat. De hora tandem felix eius transitus Laurentius Maselli (*lib. sex. de vita Virg. cap. 19*), in eam propendit sententiam, beatam Virginem, persimilis ut fieret filio suo etiam in morte, eadem hora, quæ Christus mortuus fuit, obiisse. Sancta vero Gelltruda (*lib. 4. cap. 49*) tradit hora tertia noctis immaculatum spiritum Creatori filio suo reddidisse. Denique de circumstantiâ loci, in quo prædicta omnia superius a me relatâ contigerunt, illud proferendum occurrit, quod licet Sophronius (*lib. 4. de præc. Virg. art. 1*) affirmet, nonnunquam habitasse iuxta sepulcrum filii, quod et placet Dionysio Carthusiano; Abbas vero Guericus (*serm. 2. de assump.*) dicat, ad tempus degisse in valle Iosaphat, necnon etiam certum sit Ephesi quandoque habitasse in consorcio divi Ioannis Evangelistæ, ut tradit concilium Ephesinum (*orat. secu. de dorm. Deip.*), locus tamen quem frequentius habitavit post mortem Christi, fuit Hierosolyma, ut tradunt dicti Damascenus, Andreas Cretensis, et Simeon Metaphrastes (*de dormit. et assump. Virg.*). Domus autem filii coenaculum, ut iidem Doctores dicunt. Affirmat autem Gallicanus (*cons. 1. cont. Haeret.*), ut refert Laurentius Maselli (*de Deip. lib. 6. cap. 18*), Virginem propriam suam domum in conventum centum virginum quasi Monialium convertisse. Inter præcitatâs autem doctores de habitatione Virginis loquentes, audiamus, præcor, divum Damascenum, cuius solum egregia verba hic apponam. Vi-

door mihi, ait, videre hanc sanctis sanctiorem, et sacris sacratorem, et pîs may's pîam, dulcem mannae urnam: aut ut verius dicam, fontem, super aliquem lectum recumbentem in divina, et inclita civitate Davidis, in qua lex quidem fuit impleta prophetarum, pronuntiata autem fuit lex spiritus: in qua typicum Pascha perrexit Christus legislator, et verum Pascha, qui Deus est veteris, et novi testamenti, tradidit: in qua coenam mysticam suis discipulis apus Dei, qui mundi tollit peccatum, celebravit; et eis seipsum, tanquam vitulum agnatum, sacrificavit, et veræ vineæ botrum calcavit: in qua Christus aspicitur ab Apostolis surgens a mortuis, et fidem facit Thomæ, et per eum faitus mortuis. Hac est arx Ecclesiarum, hac est habitaculum Apostolorum. In hac sanctissimi spiritus in variis sonis, et linguis, et in specie ignis effusus est Apostolis. In hac, cum ille theologus accepisset Deiparam, subministrabat ei ea quibus opus habebat. Hac est mater Ecclesiarum, quæ sunt per unicum orbem terræ: in hac vitam egit Dei mater, postquam surrexit a mortuis: in ea Beata Virgo iacebat super aliquem felicissimum lectum. In eandem etiam sententiam Ivise testatur totam Patrum auctoritatem canisus (*lib. 5. de Deip. cap. 3*); idque ea ratione congruissimè affirmat, ut filia Hierusalem a terrestri Hierusalem in coelestem Hierusalem transiret, ubi cum filio regnat, et reguabit in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

Varia arcana de sepultura, et funere beatæ Virginis, ac de singulari eius pompa divinitus ordinata, ex præscorum Patrum, et aliorum doctorum monumentis aperitur.

Cum beatus Andreas Cretensis (*in oratio. de Virginis Assumptione*) affirmet, Mariæ in hunc mundum ingressum, necnon postremum ex illo eius discessum, plenum esse miraculis; et humane mentis acumine posse comprehendere; permittite quaeso, fratres, ut magna, ac mirabilia, quæ, mortua iam Deipara, circa funus, et sepulcrum eius contigere, in medium proferam: non ex infimis certe auctoribus de promptâ, sed gravissimorum doctorum auctoritate, velut sigillo, consignata. Ante omnia tamen oportet, ut prius statuamus locum, ubi situm fuit eius sepulcrum. Locus hic communis doctorum consensu fuit in valle Iosaphat, in prædio Gethsemani, ut hæc etiam in parte filio, cuius gloriosum sepulcrum contigit, ut futurum prædixerat Isaias (sc. 11), pia mater conformaretur. Et quidem præter d. Dionysium Areopag. d. Damascenum, Nicephorum, Glycam, Metaphrastem, et alios relatos a Canisio (*lib. 4. de Deip. cap. 3*), hoc affirmant-

ter, id contestatur in primis venerabilis Beda, dum (*lib. de loc. sanct. cap. 5*) ait: *In eadem valle Iosaphat, sanctæ Mariæ rotunda est Ecclesia, lapideo tabulato discreta, cuius in superioribus quatuor altaria, in inferioribus unum habetur in orientali plaga; et ad eius dexteram monumentum vocum, in quo sancta Maria aliquando passasse dicitur: sed a quo, vel quando sit allata, nescitur.* Brochardus monachus (*lib. de terra sancta*) in, in descriptione Hierusalem inquit: *Sepulcrum Virginis gloriose ostenditur alta Ecclesia, ubi fuit hortus Gethsemani, quem Dominus ante passionem suam intravit, iuxta montem Oliveti cuidam rupi concavae adhaerens: sub quo discipuli sedisse memorantur, cum ipse oraret ad Patrem.* Testatur etiam Euthymia historia (c. 4) apud Damascenum, dum ait: *Et cum Marciânus, et Pulcheria accesserissent Iuvenalem Hierosolymitanum Archiepiscopum, et Palaestinae Episcopos, qui in regia urbe versabantur propter synodum, quæ tunc facta est Chalcedone, dicunt eis: Audimus esse Hierosolymis primam, et egregiam sanctissimam Deiparam, et semper Virginis Mariæ Ecclesiam in prædio, quod vocatur Gethsemani; ubi eius, quod vitam portavit corpus, fuit in loco depositum. Voluimus ergo hæc adiecti eius reliquias ad custodiam huius regni civitatis.* Deinde beatus Andreas Cretensis Archiepiscopus Hierosolymitanus præcitato loco inquit: *Gethsemani suscipite novam reginam: para sepulcrum: produe ea, quæ sunt usui ad sepeliendum: orna thecam unguentis.* Narrat et miracula, quæ hoc Mariæ sepulcrum valde commendant, quodque piis magnæ fuit olim venerationi. Tentare vero quæ ille, et alii non pauci graves auctores prodigia commemorant referre, non solum difficile, sed mihi prorsus impossibile esset, et de consulto illa prætereo. Ac tandem Sophr. (*de Virg. Assump.*), vel quicumque alius est illius auctor hæc scribit: *Monstratur sepulcrum eius cernentibus nobis usque ad præsens, in vallis Iosaphat medio, quæ vallis est inter montem Sion, et montem Oliveti posita, ubi in eius honorem fabricata est Ecclesia muro lapideo tabulata, in qua sepulta fuisse ibidem ab omnibus prædicatur; sed nunc vacuum esse mauseolacum cernentibus ostenditur.* Verum circa hunc auctorem, ut id obiter dicam, quem nec Sophronium, nec Hieronymum esse, erudite comprobavit cardinalis Baronius (*tom. 1. Ann.*), ad annum quadragesimum octavum, licet in eo verum dicat sepulcrum Virginis fuisse in valle Iosaphat; falso tamen asserti, eo tempore, quo vivebat Hieronymus, De Genitricis sepulcrum omnibus fuisse perspicuum: quia certe divus Hieronymus (*Epist. 27*), relegens cuncta Palaestinae loca, quæ sancta Paula Romam veniens invisit; et cuncta sepulcra memoria digna, quæ ibi erant recensens, ut duodecim patriarcharum, Iosue, Eleazari filii Aaron, Elisæi, Abdiæ, Michææ, Ioannis Baptistæ, et Lazari, necnon, et Mausolæum Helenæ Adiabænarum reginæ; quæ tempore Claudii populum fame laborantem pavit, minime certe prætermisisset Dei Genitricis sepulcrum; cum si illud potuisset tunc cerni a Paula, minime illud non visitasset. Rur-

sus divus Epiphanius Hierosolymis sæpe versatus, ut de eo tradidit Hieronymus ad Pamnachiūm (*epist. 61*), se ambigere ingenie fatetur, an beata Virgo mortua fuerit. Igitur sepulcrum eius tunc non erat ob oculos omnium positum, et perspicuum omnibus factum. Denique quia Eusebius (*in vita Constant. lib. 3. cap. 24*), et sequentibus, Socrates (*lib. 1. c. 13*), et Sozomenus (*lib. 1. cap. 1*), necnon Theodoretus (*lib. 1. cap. 15. 16. et 17*), et ex professo egerant de locis sanctis, Constantini temporibus repertis, et aedificiis illustratis, nullam, vel levem de sepulcro Virginis fecere mentionem. Evidens ergo est, tunc non esse agnatum sepulcrum Virginis. Igitur omnes auctores cum Hieronymo ea certe ratione sacrorum locorum memoriam refricantes, et singula minutatim enarrantes, non meminerunt Mariani sepulcra, Christi sepulcro satis congrua: quia, ut tradit cardinalis Baronius (*praec. loc.*), erat multis ruinis obrutum. Reperitur autem creditur, ut idem tradit, paulo ante tempora Iuvenalis, necnon Marciâni, et Pulcheriæ imperatoribus; nunc dicitur, sub terra adeo reconditum, ut circiter sexaginta gradibus sit ad illud descendendum.

Statuto igitur iam loco sepulcra, virginem illud corpus suscepturo, ad honorificum finem, quod sacratissimo Deiparæ corpori fuit traditum, accedamus; illud singulare prodigium ante omnia præmittentes, quod his verbis enarrat Bernard. Bustens. *Hoc primum Christi Apostoli, et discipuli, et quotquot illi aderant, amoris, et reverentiae officium virginæ illi corpori singulari splendore, et pulchritudine coruscanti, ac suavissimum odorem emittenti, ut refert sanctus Meliten de transitu Virginis, exhibere; ut illud genia flectentes religioso cultu venerantur, amplexentur, et exosculantur.* Hoc ipsum in hæc verba tradit d. Damasc. (*de dorm. Virg.*): *Qui aderant, metu, et desiderio, et lacrymis excultationis, divinisimum, et sanctissimum circumstantes tabernaculum complectebantur, osculabantur: omnibus membris os admovébant, ex contactu repleri sanctificatione, et benedictione.* Beati Metaphrasis similis est narratio in historia de dormitione Virginis: *Cum, inquit, in orbem sanctum Virginis corpus circumdedisset, Apostolorum chorus, et quævis erant electi ex viris, et mulieribus, et hymnis honorabant, qui illud deducebant, et omnia membra reverenter, simul, et amanter amplectebantur, non solum suum ostendentes desiderium, sed vel ex tactu credentes percipere utilitatem.* Ac tandem Nicephorus (*l. 2. cap. 23*) ait: *Apostoli autem, et qui præterea ibi aderant viri egregii, lectum corona circumdantes, reverenter illum exosculantur.* Quæ sacra caeremonia exhibitâ, iidem doctores affirmant, fundissimum illud corpus mundis syndonibus fuisse involutum; ac tandem, ex lectulo, in quo iacebat, ad feretrum translatum, de quo Hugo Pharsitus (*lib. mirac. feret. B. Virginis Lugdunensis*), affirmat Lugduni Galliarum oppido a quingentis annis, et amplius sacrum illud pignus possideri: cuius portumosa miracula commemorat Vincentius Belvacensis (*in specul. histor. lib. 27. par. cap. 12*). Narrat au-

tem ex s. Cosma auctor Pomerii (lib. 10. par. 5. art. 2), rem valde memorandam tunc contigisse quam his verbis edisserit: *Refert sanctus Cosmas mirabile mysterium, quod non indiget naturali discussione, cum omnia, quae de Dei Genitrice dicuntur, sint supernaturalia, et miranda: quod videlicet egressa de corpore animae corpus haec verba protulit: Gratias ago tibi Domine, quae tua singloria: memento mei, quia tuum sum signentium, et tuum serveci Depositu. Taneta quoque statim corpus eius claritate respendit, ut tangi quidem a virginibus ad laudandum posset; videri autem non posset. Tandem autem lux illa respendit, donec corpus a virginibus fuit lotum aqua mundissima, non ab ipsa mundatum, sed potius a corpore sacro aqua sanctificata. Hac lotionis peracta ad funus proceditur, cuius rationem, et pompam antequam referam, praemittere oportet, quod sicut cum regina obiit, vel imperatrix, solet disceptatio inter primates suboriri, ad quosnam corpus illud reginae suis humeris ad sepulcrum defendendum pertineat; ita inter angelos, et Apostolos simile dissidium exortum video: Apostoli enim contendebant sacri illius pignoris in sepulcro dependendi laetores esse debere, quia ad Ecclesiam militante pertinebat, cuius ipsi, principes erant a filio eius creati, et quia Mater sui Magistri erat. E contra vero angeli sibi illud munus debere probabant: tum quia Dominus eorum erat, et angelica puritate semper nitentur. Et quia si corpus s. Catherinae eorum ministerio, honoris gratia, fuerat sepulturae mandatum, ut in oratione illius sancta tradit Ecclesia; potiori iure id debitum erat B. Virginis. Verum haec controversia non aliter fuit sedata, quam illa duarum foeminarum, quibus Salomon dixit, ut divideretur infans, et singulis pars daretur. Sic sane contigit illis: Anima Virginis commendata fuit angelis, ut in caelestem patriam eam ducerent; corpus autem Apostolis, ut sepulturae illud commendarent; vel certe, ut corpus mortale Apostoli ad sepulcrum, gloriosum vero ad caelestem Aulam angeli deferrent. His igitur sic praelibatis, non aliter melius mihi funus illud recensendum putavi, quam hic apponendo verba D. Melitonis, vel cuiuscumque illa narratio sit, (orat. de trans. Virg.), qui, ut habetur (in Bibliot. Sanct. Patr.), adamussim omnia narrat, affirmans, quae ibi commemorat, ab ore divi Iohannis Evangelistae ea accepisse, cuius ipse discipulus erat. In ea igitur oratione haec valde portentosa refert: *Viderunt autem Apostoli tantum lucis candorem, ut nulla mortalium lingua digne posset effari. Vincibat enim omnem candorem nivis, et universi metalli, et argenti radiantis magni luminis claritate. Tunc Salvator loquutus est dicens: Surge Petre, tu et reliqui Apostoli: et corpus Mariae dilectae meae accipite, et deferite illud in dexteram partem civitatis ad Orientem, et invenietis monumentum novum, in quo ponentes eam, expectate donec veniam ad vos. Et haec dicens Dominus, tradidit animam sanctae Matris Mariae Michaeli archangelo suo, qui est praepositus paradisi, et princeps Gentis Hebraeorum, et Gabriel archangelus cum ea. Dominus autem Salvator noster statim in coelum**

*cum angelis acceptus est. Tres autem virginis, quae ibidem erant, et vigilabant, auserperunt corpus beatissimae parentis Mariae, et lacernant illud funerum more. Cumque exissent illam vestimentis suis, sacrum corpus illud tanta claritate respendit, ut tangi quidem posset pro obsequio; videri autem species praereminde luce coruscante non posset; et nihil, nisi splendor apparuit magnus, et sentiebatur, dum lacere corpus mundissimum, et tanto horrore sordis infectum. Cumque vestissent eam inteis, et indumentis, paulatim lux illa evanuit: et erat facies beatae Genitricis Dei Mariae similis floribus liliis: et odor suavitatis magnae egrediebatur ex ea, ita ut ei similis suavitas invenire nulla possit. Tunc igitur sanctum corpus imposuerunt feretro, dixeruntque ad invicem Apostoli: Quis palnam hanc ante feretrum eius portabit? tunc Iohannes ait ad Petrum: Tu qui praecedis nos in Apostolatu, debes palnam hanc ante feretrum merito ferre. Cui Petrus respondit: Tu virgo es electus a Domino, tantam gratiam invenisti, ut super pactus eius recumberes. Insuper, dum ipse pro salute nostra in crucis stipite penderet, haec tibi ore proprio commendavit. Tu igitur portans debes hanc palnam, et ego suscipiam ad sustinendum sacrosanctum hoc, et venerabile corpus usque ad locum monumenti. Cui Paulus ait: et ego qui iunior sum omnium vestrorum, portabo tecum. Cumque consensusset omnes, Petrus elevans a capite feretrum coepit psallere, et dicere: *In exitu Israel de Aegypto alleluia. Sustinebat autem eum eo Paulus sacrum beatae semper Virginis Mariae corpus, et Iohannes ante feretrum palnam luminis. Ceteri vero Apostoli psallebant voce suavissima, et ecce novum factum est miraculum: apparuit enim corona nubes super feretrum magna valde, sicut apparere solet magnus circulus tueta splendorem lunae, et angelorum caerentis erat in nubibus canticum suavitatis emittentium, et resonabat terra sonitu dulcedinis magna; haectenus sanctus Meliton. Itaque quemadmodum rex Salomon, ut adnotavit sanctus Iohannes Damascenus (serm. de dorm. Virg.), propter Arcae requiem in templo Domini, quod ipse construxit, omnes seniores Hierusalem vocavit ad concionem in Sion, ut transferret arcam testamenti Domini de civitate David, quae erat Sion: Tulerunt sacerdotes arcam, et tabernaculum foderis; Rex autem Salomon, et omnis multitudo Israel gradiebatur cum illo ante arcam, et immolabant boves, et oves absque aestinatione, et numero, et intulerunt sacerdotes arcam Domini in locum eius in sancta sancto-rum subter alas cherubin; non dissimiliter tunc propter requiem arcae illius animatae, arcae quidem non testamenti Domini, sed ipsius Verbi divini incarnati, ipse novus Salomon, qui est princeps pacis, et universi optimis architectes; Mentium caelestium ordines, et novi testamenti Proceres, hoc est sacros Apostolos, cum universo populo sanctorum, qui Hierosolymis aderat, hodie congregavit, et animam quidem per angelos in Sancta Sanctorum introduxit. Portatur autem corpus manibus Apostolorum, Regem regum in regente, splendore sae, quae sub aspectum non cadit, divinitatis; et toto actu populi praecurrente, et sacras voces emittent-**

le, ac sacrificium laudis sacrificante, in sepulcro repositum fuit.

Porro non praetermittam stupenda quaedam portentia hic apponere, quae in hunc modum sanctus Iohannes Damas. (orat. de dorm. Virg.) commemorat: *Aderant autem ex Iudaeis nonnulli; operae pretium enim est tanquam obsonio condonandum id, quod multorum labijs proferunt, admiscere narratione. Aiunt, cum fuissent in descensu montis hi, qui tollebant beatum corpus Dei matris, Hebraeum quendam serum peccati, et qui focum inteerat cum errore; imitantem serum Coephae, qui Dominico, et dicitur Christi Dei vultui iniegit colaphum; cum effectus esset instrumentum diaboli, audaci, et inconsiderato impetu, et infelice impressione truisse in dicinissimum illud tabernaculum, ad quod timentes accedunt angeli: et cum ambabus manibus furiose grabatum angeli, id in humis deitior voluisse, incida illius, qui est auctor malorum. Et hoc quidem fuit eius facinus, sed laborem praevenerit fructus, et amarum collegit usum, et dignam sui animi instituto. Aiunt enim ei desecisse manus, et licebat videre eum qui sua manu audaci id nefarium fecerat facinus, repente carere manibus, donec mentem converit ad fidem, et poenitentiam. Cum primum enim constitisset hi qui grabatum portabant, et mutilata brachia imposuisset infelix tabernaculo, quod vitae dedit principium, et peperit admirabiliter, restituit manibus, sanus, et saluus evasit. Soleat enim magna ex parte calamitates quoque sapientia, et salutaria parere consilia; haectenus divus Damascenus, quae plane videtur desumpsisse ex sancto Melitone Episcopo Sardiense de transitu Virginis, qui quomam plerunque alia a divo Damasceno praetermissa scribit, his adnotenda censui: *Egressus inquit, de civitate populus, fere quindecim milia hominum mirabantur, dicentes: quis est sonitus tantae suavitatis? Tunc stetit unus, qui dixerat illis? Maria mater Iesu exiit modo de corpore, et Discipuli Iesu circum eam laudes dicunt: et respicientes, viderunt coronatum feretri lectulum magna gloria, et Apostolos cantantes voce magna; et ecce unus ex illis, qui erat princeps sacerdotum iudeorum in ordine suo, repletus est furore, et ira, et dixit ad reliquos: Ecce tabernaculum illius, qui nos turbavit, et omne genus nostrum, qualem gloriam nunc accipit; et accedens voluit evertere feretrum, et corpus ad terram deicere: et statim auerunt manus eius a cubitis, et adhaeserunt lectulo; et elevantibus Apostolis feretrum, pars eius pendebat, et pars haerebat ad feretri lectulum, et torquebatur supplicio vehementi, ambulantis Apostolis, et psallentibus Domino. Angeli vero, qui erant in nube, percusserunt populum caecitate. Tunc princeps ille clamabat dicens: Deprecor te dilecte Deo Petre, ne me despicias in tanta necessitate, quia tormentis magnis crucior valde: meum esto, quod quando in praetorio ancilla ostiaria te recognovit, et dixit ceteris, ut calcumarentur tibi, tunc ego lectus sum pro te bono. Tunc respondens Petrus ait: non est meum auxiliari tibi; si autem credideris toto corde in Dominum Iesum Christum, quem in suo sancto utero haec cui colummiatus es, Virgo portavit,**

et post partum Virgo permansit; clementia Domini, et larga eius pietas, quae saltem indignos, dabit tibi saltem. Ad haec ille respondit: nunquid non credemus, sed quid faciemus, quia inimicus humani generis excoecavit corda nostra, et consulto operavit vultum nostrum, ne confiteamur magnalia Dei, maxime cum ipsi maledixerunt contra Christum palam clamantes: sanguis eius super nos, et super filios nostros. Tunc Petrus ait: haec maledictio, quae solis nocet, qui infideles permanserint; convertentibus autem se ad Deum, misericordia non negatur. Et ille ait: Omnia credo, quae dicis: tantum precor, miserere ne moriar. Tunc Petrus fecit stare lectulum, et ait illi: si credideris toto corde in Dominum Iesum Christum, solventur a feretro manus tuae; et cum dixisset: hoc credo, statim solutae sunt manus eius a feretro, et coepit stare pedibus suis, sed erant brachia eius arida, et non discessit ab eo supplicium. Tunc Petrus ait illi: accede ad hoc corpus; et osculare lectulum, et loquere, et dic: Credo in Deum, et in Dei Filium, quem ista portavit, Iesum Christum: et credo omnia quaecumque locutus est mihi Petrus Apostolus Dei. Et accedens osculatus est lectulum, et statim omnis dolor abscessit ab eo; et sanatae sunt manus eius, et coepit laudare, et benedicere Deum largiter, et de libris Moysi testimonium reddere laudibus Christi: ita ut etiam ipsi Apostoli mirarentur, et fletent pro gaudio, laudentes et illa nomen Domini. Petrus vero dixit ad eum: Accipe palnam hanc de manu fratris nostri Iohannis; et ingrediens Civitatem, invenies populum multum coecatum, et annuncia eis magnalia Dei: et quicumque crediderit in Dominum Iesum Christum, impones palnam hanc super oculos eorum, et videbit coeci; qui autem non crediderint, permanent coeci. Qui cum id fecisset, invenit populum multum plangentem, et dicens:vae nobis, quia similes facti sumus Sodomitis coeacta percussis: nil superest nisi nobis, nisi ut pereamus. Cum autem audissent verba principis loquentis, qui sanus fuerat, crediderunt in Dominum Iesum Christum, et imponente eo palnam super oculos eorum, receperunt visum; quicumque tamen eis eis permanentes in duritia cordis, coeci mortui sunt. Et egressus princeps sacerdotum ad Apostolos retulit palnam, referens omnia, quae fuerant facta. Mariam autem portantem Apostoli, peremerunt ad locum vultus Iosaphat, quem ostenderat illis Dominus, et posuerunt eam in monumento novo, et claustrum sepulcrum. Ipsi vero sederunt ad ostium, sicut mandaverat eis Dominus; haec s. Meliton, vel quicumque alius est, qui, ut superius dixi, ab ore Iohannis Evangelistae se haec accepisse fatetur. Miracula autem, quae in medelorum corporum, et animarum, fuerunt ad Beiparae Mariae sepulcrum patrata, nulli ex praecipitis doctoribus referent; praecipue tamen divus Iohannes Damascenus (serm. de dorm. Virg.), ubi ait: *Tunc autem norbi quidem fugiebant, fugabantur turbae daemonum omni ex parte compulsaed ad sola loca subterranea. Aer, aether, et coelum ascensu Spiritus sanctificabatur; terra autem deponitione corporis. Sed neque aquae natura erat exers benedictionis: lactur enim aqua pura, quae non cum mundabat, immo vero*

HOMILIA VI.

Super sepulcrum Deiparæ Virginis epitaphia quatuor collocantur, ex evangelica lectione deprompta, quæ vana eius præconia decantant.

Perantiquus increbuit mos, non solum apud infideles, sed etiam catholicas nationes, magnorum principum sepulcris epitaphia quædam apponere, quæ instar eloquentium linguarum, heroica defuncti facinora cunctis ea legentibus palam faciant. Cupiens ergo Ecclesia catholica præclara Deiparæ gesta immortalis memoria digna, omnibus evulgare, consulo hodiernæ die super gloriosum eius sepulcrum incorruptionis, et assumptionis illius certissimum testem, quatuor valde memoranda super eius laudem conscribit epitaphia ex evangelica lectione deprompta: non ad sanguinis nobilitatem, licet aliquin ex regia David præcipua esset oriunda: non ad pulchritudinem illius extollendam, licet alias pulchra esset, ut luna: non denique ad alias præclaras eius naturæ dotes illustrandas, licet multis abundaret, sed ad excellentiam divinæ gratiæ, et celestium charismatum, quibus exundabat, universo orbi magis detegendum. Si enim Aegyptii solo lumine rationis ducti, ut refert Fulgencius (*lib. 2. cap. 1*) defunctos laudaturi, nulla opem, aut nobilitatis mentione facta, siquidem hæc non hominis propria, sed fortunæ bona dicuntur, in eis religionem, atque iustitiam extollebant, ut viventes ad hæc sectandas virtutes efficacius accenderent: quanto magis Ecclesia catholica divis fulgoribus illuminata, oblati occasione commendandi Virginem, iam vita functam, non debuit a bonis caducis laudationis materiam carpere, sed eximiam eius sanctitatem variis encomiis offerre.

Primum ergo epitaphium, quod in dextero sepulcri latero apponit est illud: *Intravit Jesus in quoddam castellum, cum enim mulier dicitur a molliæ, et metus, ac infirmitas animi perferre omnes illas grassaret, ut ad aspectum mris fulgiant, et ad ensis evaginati intuitum protinus in terram, quasi exanimis corruant; insignis Deiparæ laus est a fortunæ commendari, quam inexpugnabilis castelli nomenclatura portendit. Variis modis b. Virgo invincibilem suam fortitudinem manifestavit, quarum multis consulo omissis, duplicem solum laonica brevitate attingam. Primo enim sui roboris, ac fortitudinis manifestum exhibit argumentum, cum daemone, immanissimo draconem, de quo Iob dixit: *Non est fortitudo, quæ compareretur ei super terram, non solum devicit, sed et caput præcidit, divino testimonio ita testante (Gen. 3): Ipsa contereit caput tuum. Licet enim, ut alibi dixi, esset, et præcipue hæretici, Mariani honoris, et gloriæ inimicissimi, legant, ipsam, scilicet semen, contereit caput tuum; vel, ipse, scilicet filius mulieris; mihi tamen, licet ipse præceptat, ipsa non displicet, ipsum probo: ipse, ipsam, et ipsum non excludit: ipse, et ipsum unum est:**

*ipsa sanctificabatur. Hic surdis quidem perficiebatur auditus, claudis autem integer reddebatur ingressus, firmæque, et solidæ sebant bases pedum: coecis restituabatur visus, accidentibus peccatoribus disrumpebantur cyrographa. Tandem hæc et alia mirabilia contemplantis divus Damascenus, omnes et singulos, tam viros quam foeminas ad collaudandam tantam Virginem in sepulcro iacentem his egregiis verbis devotissimo inivit: *Accurramus simul omnes ad Deiparam, chori patrum, et patriarcharum, spiritus prophetarum, et conventus sacerdotum, coetus apostolorum, populi martyrum, doctorum congregatio, iustorum animæ, priorum ordines, dignitas quælibet, et aetas: reges, et adolescentes principes, et qui parent imperio: adolescentes, et virgines, et senes cum iunioribus, laudate, supplicate, dicite Dei matri, dicite, quam beata est domus David, ex cuius lumbis genuisti Dei mater? Matres, et virgines glorificate eam, quæ est sola mater, et semper virgo. Sponsæ præcedite eam, quæ inter adolescentulas sponsa quidem fuit, sed plane incorrupta, et sola sine dolore peperit eum, qui non potest comprehendi. Steriles, viduæ plaudite eam deducentes, quæ virum non est experta, et liberorum egestatis efugit vincula. Filiae exultate, eam quæ filium peperit, prosequentes incorruptione. Benedicite Gentes, lingue prædicite, et cantate Matri Dei omnes tribus terras, cantate, deducite eum canticis, et cymbalis iubilate, magnificate, psallite: tolle, tolle Maria tympanum, et procede ante Virgines: move Ierusalem David, extolle vocem tuam, lauda reginæ, extolle modos cytharæ, oca virgines, congrega choros canentium, rodina choras: post lectum currant, ante lectum cum lecto præcedant, circa capsum chororum ducant; ecce enim Dei gloriae nova arca in qua est vana aurea et virga Aaron, quæ germinavit, et tabulae testamenti. Ecce summam, de qua clamantur oracula prophetarum: ecce sealam, quam vidit Iacob, qui in divinis erat initiatus, in qua vidit anglos Dei descendentes, et ascendentes, quicumque is esset ascensus, et descensus. Hæc est porta coelorum, de qua dixit ille: quam terribilis est locus iste, vero non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.**

Ad extremum, illum honorem, quem quidam cum Bernardino Bustensi præcinito loco funeri Deiparæ Mariæ exhibitum fuisse pia credulitate tradunt, describamus: aiunt enim, quod sicut pia mater emortuum filii corpus sepelivit; ita et filius pro sua insigni pietate matris suæ corpus propriis manibus in sepulcro coopavit; ut enim inquit glossa (*in cap. ubi cumpl. 13. quaest. 2*):

Mollis ossa cubant manibus tumulata storum.

Et quidem cum Dominus, ut Deuteronomii capite ultimo legitur, Moysen sepeliret, et Marthæ exequiis interfuerit, ut vitae illius historiographi commemorant, verisimile satis est, hinc tandem honorem Genitricis suæ impedisse; cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ipse, et ipsa hostes non sunt. Nemo unquam catholicorum ulli mortalium convicium fecit, qui vel ipse, vel ipsum legere mallet. Ipsa vero in vulgata tot annorum sæculis confirmata editone, et sacro concilio adprobata reperimus, quam temere condemnare erroneum est. Sed obici hæreticæ; Ipsa contereit. Al ipsa, non est ipse. Igitur si ipsa contereit, non conlert ipse; quare aut nihil profuit ipse, aut nihil opus fuit ipso: ipse sane tibi opus erat, ut mentem illuminaret. Ecce ipse, sed natus ex Maria; ecce ipsa, ipsum quidem semen, sed mulieris semen: ipsa, sed non ex se ipsa non sine ipso: ipse propter ipsam, et propter ipsum semen, hoc est, unus propter omnes: ipsa autem, et omnes per ipsum, et propter ipsum, ut ait d. Paulus. Deinde, vide omnem verborum contextum: nonne necesse est, ipsam quoque admittere: *Inimicitias ponam inter te, et mulierem, inter semen tuum, et semen illius: ipse contereit caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius, et tu insidiaberis serpenti: non autem ipsi mulieri insidiabitur? hoc si dicis, illum mendacii arguis, qui dixit: Inimicitias ponam inter te, et mulierem, ubi inimicitias, illiæ insidiæ, quod si inimicitias inter serpente, et mulierem non inficiaris, quis erit huius inimicitias exitus? quis tandem in hac pugna superior evadet? mulier, an serpens? si serpens, ergo fefellit, qui promisit: Ipsa contereit caput eius: quomodo enim contritum est, si mulierem sternit? si enim et mulier tandem superaret, igitur et contereit caput eius; nisi enim et illa contereit, contereat, immo ipse contereit, sed ipsa hoc, inquit, profuerit. At hoc est, quod dicebam: ipsa contereit non sine ipso, sed per ipsum: ipse quidem victor sua ipsius potentia; ipsa autem victrix ipsius clementia. Secundo b. Virgo suam ostentat fortitudinem a pene innumeris inferorum hostibus nos potentissime defendens; ad quod manifestandum, ipsa muro firmissimo, et inexpugnabili turri se comparavit dicens (*Cant. 8*): *Ego murus, et ubera mea, sicut turris. Ecce coniunxit murum, et turrim cum uberibus, ut perinde illud accipias, ac si diceret: Murus, et turris sum ad protegendum, mater ad nutriendum; murus, et turris infirmis, mater parvulis. Si propter virum imbecillitatem times, murus, et turris sum: intra me abscondere a facie inimici. Si de parvitate tua confunderis, et crescere cupis in virum perfectum, mater sum, meo lacte nutrire. Murus, et turris sum per fortitudinem, et mater per pietatem. Ego murus, et turris inexpugnabilis, excelsa habens propugnacula: ego mater amabilis, et grandia habens ubera: quam grandia? sicut turris; sed ubera mea, non tantum sunt ubera, sed etiam turris: non tantum nutriendi, sed et protegendi vim habent: nullus me potest habere quo nutriam, et non habere quo nutriam: materna pietas mea, quos nutrit, etiam munit: quos nutrit, ut discant, atque grandescant, munit a facie inimici, donec iam grandes effecti contra eum in campum fiducialiter exeant. Sed numquid tu, o pia mater, numquid tu non una es filiarum Evæ? quid est,**

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. II.

quod tam gloriose, tam præclare de te loqueris? node tibi prærogativa hæc? non in me, ait, sed in Domino gloriari, nihil enim habeo, quod non acceperim; unde nec gloriari, quasi non acceperim. Illud lamen, quod observatio dignum reor, mihi præleribo: aptissime Spiritum sanctum, ut clarus, et evidens eximia Virginis fortitudo nobis innotesceret, ubera eius fortissimæ turri comparare, ut ex uugue leonem concientes, in hunc modum philosophemur: Si sola ubera, quæ foeminarum teneriora, ac molliora membra esse agnosuntur, et præcipue illis, quæ ossibus constant, fortitudine, et robore instar turris vigent; non potest totius Virginis fortitudo, et robur supra modum ingens non esse. Unde imit ipse Sponsus comparavit eam alibi non cuiuscumque turri, sed illi, quæ tempore Davidis edificata fuit adversus Damascenos (*Cant. 7*): *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascus.* Nasus discretio est Deiparæ, quæ presentit diaboli malitiam, et subodorat a longe eius stratagemata: ut sicut turris fortissima pro nobis se opponat diabolo, sub nomine Damasci apte intellecto, quia Damascenus sanguinis potus interpretatur. Ipse enim cruentus hostis, instar sanguisugæ, cuius meminit Salomon (*Prov. 30*), humanum sanguinem siltit; dicitur autem sita hæc turris in Libano, qui candor, seu candidatio interpretatur, ad significandum, quod Deipara candore illibatae suæ virginitatis, ac eximia animi puritate, tanquam pedis, calcare, et profugare valeat immanissimum hunc hostem. Hanc tantum exhorruit ille, quod sicut Damascus solo intuitu illius fortissimæ turris Davidicæ tremebat; ita diabolus ad solum Virginis intuitum, immo et audium, contremisit; omnique eius fortitudo emervatur, et quasi evanesit. Sed quomodo quæso, si huius Mariane turris tanta est fortitudo; alibi appellat illam eburneam? (*Cant. 7*): *Collum tuum, sicut turris eburnea.* Elenim eburnea turris, vel montis aliquid redolet, vel certe simulacrum aliquid turris ex ebreo confectum, aspectu solum delectabile, ad defensionem vero minime aptum esse noscitur. Scio Rabbinos Salomonem, et Iosephum coecum, velle a rege Salomone inter alia opera magnifica, turrim quamdam eburneam construam. Sed quia rem omnino incredibilem dicitur, fides peves illos solum sit: mihi certum est, sicut et antiquis Illius licet interpretibus, allegorice accipi, sicut et illud Nasonis:

Impubesque genas, et eburnea colla.

Nec me lalet, Ruperium allegoricum istum sensum agnoscentem, in hunc modum proposita verba interpretari: *Quid est collum tuum, vel quale est collum tuum? atque non ceterum, immo anabiliter dominum, et hæc est humilitas tua, fortitudo magna, fortitudo pulcherrima. Vere sicut turris eburnea, quæ et aspectu amabilis, et statura sit fortis: Cui fortis? cui ament? Deo fortis, Deo amabilis; diabolo autem terribilis, et inaccessibleis. Quomodo ipsi Deo fortis? nimirum, sicut ex istis comprobatur ecent-*